



**CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sancto Mamerto episcopo et confessore. Cap[itulum]. clij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

Quorum corpora in eodem tumultu iuxta eandem ciuitatem sepulta sunt. v. idus maij.

De sancto Damerto episcopo et confessore. Cap. cliv.

**D**amertus eps vien-  
nesi. miraculis et sanctitate apud  
eandē urbē celebris habet. Qui  
ob imminētē terremotū et tē-  
pestatū cladē atq; luporū ra-  
biam solēnes tribus dieb; ante  
ascensionē dñi leranias instituit: vt haberetur su-  
pra de leranias. Qui etiā apud prefatā ciuitatē  
quiescit in dño. v. idus maij: vbi et sepultus vir-  
tutibus claret.

De sancto maiolo abbate. Cap. cliv.

**M**aiolus abbas nobili-  
bus parentibus progentus: et sacris  
litteris imbuit: ac virginitatis flore  
decoratus: primo archidiaconus ec-  
clesie maticensis fuit. Deinde factus est monachus  
cluniacensis. sub hermoardo abbate sancti odonis  
successore sancte vite mirabiliter pollens:  
summaq; patientia decoratus. Qui propter gravē  
infirmitatē quā incurrat lumen oculorū amisit:  
nec tñ exinde in aliquo vnq; perturbari visus fu-  
it. Sexto autem anno monachationis ipsius de-  
cedente abbate monasterij maticensis ad eiusdē  
loci regimē licet inuitus eligatur: non obstante  
q; lumine forer oculoꝝ priuatus et corpore qua-  
si viribus p̄ longa egritudine destitutus. In  
ipsa autē abbatia sanctissime iubar vite fuit: et  
multa miracula ostēdit. Ecceosium: surdis au-  
ditum: claudis gressum. Alijsq; diuersorū gene-  
rum languorib; detentis cōferens medicinam.  
Plures etiā a moribus serpentū venenatos: et  
a periculis fluminū et lacibus fulgurum libera-  
uit. Landle seu lampades in eius ecclesia ar-  
dentes ex negligentia vel aliter extincte sepius  
sine humano studio sunt diuinitus reaccense.  
Quadam nocte dñi in monasterio sancti dionysij  
librum eius de principatu celi perlegeret  
ad lumen candelę graui somno pressus dormi-  
tauit: et candela de manu eius super librum ceci-  
dit. Sed sola ipsius cera consumpta: libri pagi-  
na oīno illesa permansit. Soluit autē carnis de-  
bitum. v. idus maij. Et reconditus est in mona-  
sterio suo miraculis clarens.

De sancto Antimo presbytero et martyre. Cap. cliv.

**A**ntimus psbyter et mar-  
tyr: romētia salaria passus est. qui post  
virtutum et pdicationis insignia in ty-  
berim precipitatus et ab angelo sancto exinde  
ereptus est: ac proprio restitutus oratorio. De-  
inde in confessione nominis iesu christi capite  
punitus victor migravit ad celos quinto idus

maij. Decado.

De sanctis nereus et archileo  
martyribus Cap. clv.

**N**ereus et archileus  
martyres fuerūt serui plautilla vxo-  
ris clementis cōsulis germani do-  
mitiani imperatoris et sancti clemē-  
tis pape. Que plautilla existens vidua eos pue-  
ros cōparauit: et cunuchos fecit. Cum autē ad  
pdicationem beati petri apostoli plautilla cō-  
uersa esset fecit se ab eodem cum prefatis pue-  
ris baptizari. Et ad extrema deueniens eosdē  
iuuenes cubicularios si auic domitille filie sue  
dimisit. Cum autem domitianus fratā domitil-  
lā aureliano comiti in cōiugē tradidisset: vt su-  
perius in eius passione actum est nos. martij.  
Nereus et archileus eidem virgini xpm annun-  
tantes eandem conuerterūt: et votum virgini-  
tatis emittere suasērūt. Que a sancto clemente  
papa baptizata et sacro fuit velamine consecra-  
ta. Quod cum aurelianus cognouisset: obre-  
pta ab imperatore licentia sponsam suam cū cu-  
nuchis in pontianā insulam relegauit: quo plu-  
res xpiani pro christi nomine fuerant exilio de-  
portati. Erātq; ibi malefici duo discipuli symo-  
nis magi furius et priscus: qui magicis artibus  
populum fallendo symonem magū pro deo ses-  
cerāt adorari. Quibus beati nereus et archileo  
resistentes eorum maleficia sermonibus et mi-  
raculis detegebant: et sic populū ab errore reuo-  
cabant. Post multum hō tps aurelianus ad  
insulam perrexit: et sanctos promissis et oblati-  
muneribus vt virgini ad nuptias suaderent ex-  
orauit. Quod ipsi omnino facere respuētes eā  
magis in domino confortabāt. Quapropter ad  
urbem adducti et ad sacrificia cōpulsi sunt. Et  
cum dicerent se a beato petro apostolo baptiza-  
tos nulla ratione posse idolis immolare: capite-  
cessi sunt. Quorum corpora via ardeatina iuxta  
corpus sancte petronille virginis sepulta sunt  
iij. idus maij.

De sancto Pancratio mar-  
tyre. Cap. clvi.



**P**ancratius  
martyr nobilissim-  
is parentibus or-  
tus apud phrygiā  
cuius pater Geronius dicitur  
est vtrorū parente orbar sub  
dionysij cura patrii sui relin-  
ctus est. Ambo igitur romam  
vbi largum habebāt patrimo-  
nium perreperunt. Et dum in  
eorum possessionibus in monte celso moraren-  
tur: in eorum vico papa cornelius cum quibus-  
dam fidelibus propter persecutionem latitabat:  
a quo pontifice fidem xpi et baptismum susce-